



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 79. Joannis Delphini Cardinalis fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. mo Nicolai Charas profluxisse, postea
A. C. 1690. constitit.

§. LXXVIII.

Alphonsi Aquillar de Corduba Cardinalis extrema.

*Aut. Bibl.
Hist.
Vid. supra
pag. 446.*

Hunc a summo Pontifice Innocentio XII. Romana Purpura fuisse decoratum, hoc autem anno nondum obtento suæ electionis diplomate Madriti anno ætatis suæ quadragesimo sexto decessisse, jam supra memoravimus.

§. LXXIX.

Joannis Delfini Cardinalis fata.

*Palat. fast,
Card. t. 4.
Merc. Hist.
de l'Ann.
1699.
Vid. supra
lib. 210.
§. 66. t. 65.
pag. 600.*

Hujus quidem Cardinalis decessum ad Annum 1688. rejecimus, meliora autem edocti, errorem nostrum corrigimus: constat enim illum hoc anno Utini decessisse. Erat is ad Venetæ Reipublicæ nominationem Romana Purpura decoratus, atque ob suam prudentiam, rerum experientiam, eruditionem, pietatemque apud omnes ferme Principes & præcipue Galliarum Regem tanti habitus, ut post Alexandri VIII. obitum absdubio Pontificia Thiara honorandus crederetur; obstabant tamen vehementer Hispani, atque inter eos præprimis Negronius

Car-

Cardinalis, qui scripto per Conclave Sæc. XVII.
 divulgato Purpuratorum animos tam A. C. 1699.
 potenter a Delphino alienos reddidit,
 ut hi Ecclesiæ disciplinam labefactari,
 & numerosos ejusdem Affines Regimi-
 nis summam sibi solis vindicatu-
 riti, una omnes eadem nocte sua suf-
 fragia in alium transferrent: Delphi-
 nus tamen nihil inde commotus, re-
 licta Urbe Romana Utinum secessit,
 ubi etiam annos natus octoginta duos
 obiit, relictis pluribus ingenii sui mo-
 numentis, inter quæ celebrantur ejus-
 dem Dialogi de rebus naturalibus, &
 dissertationes in Tacitum de vita Agri-
 colæ, in Salustii conjurationem Cati-
 linæ &c.

§. LXXX.

*Septem Cardinales ab Innocentio XII.
creati.*

Præter hos adhuc alii duo Cardinales
 hoc anno obiere; horum ergo se-
 des impleturus Pontifex, septem Præ-
 latos Sacro Purpuratorum Collegio die
 decima quarta Novembris adscripsit,
 quorum primus erat Nicolaus Radolo-
 wichus patria Neapolitanus, Chiarien-
 sis Archiepiscopus, quem Pontifex jam
 dudum in *pectore*, ut ajunt, asserva-
 bat, nominabatur Presbyter Cardinalis

Ll 2

ad